



Disputatio medica inauguralis de pleuritide vera

<https://hdl.handle.net/1874/343323>

D I S P U T A T I O M E D I C A
X A N A V G U R A L I S ,
D E

PLEURITIDE VERA.

Q U A M
A U S P I C E D E O O P T . M A X .

A u t o r i t a t e M a g n i f i c i D . R e t t o r i s ,

M. GERARDI de VRIES,

Philosophiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

N E C N O N

Amplissimi Senatus Academici Consensu, Nobilissimaque
Facultatis MEDICÆ Decreto,

P R O G R A D U D O C T O R A T U S

Summisque in MEDICINA Honoribus, & Privilegiis, ritè
& legitimè consequendis,

P u b l i c è d e f e n d e n d a m f u s c i p i t

M I C H I E L V A N W E S T R E E N E N , A M S T E L O D .

Ad diem 6. Maii , horis locoque solitis.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

E x O f f i c i n â F R A N C I S C I H A L M A , A c a d e m i æ
T y p o g r a p h i , c l o l c x c i i .

DEO TER OPT. MAX.

A SUMMO MEDICO.

PARENTI CHARIS-
SIMO.

CONSANGUINEIS
CONJUNCTISSI-
MIS.

PRÆCEPTORIBUS
CELEBERRIMIS.

Hanc Disputationem Inauguralem

D. D. D.

MICHEL VAN WESTREENEN,

AUCT. & RESP.



DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

D E

PLEURITIDE VERA.

THEISIS I.

Quales ac quantæ ex humili causa
sæpe resiliant calamitates , plurimi
morborum casus demonstrare va-
lent. Mihi vero , pro gradu Docto-
rali disputaturo , Pleuritidem veram
præ cæteris elegisse sufficiet , quam
solam , pro ingenii viribus , (vocis
Etymologia , cæterisque minus ne-
cessariis neglectis ,) breviter per-
scrutari , menti proposui , & ab essentia initiare , in ani-
mum induxi .

II.

Est itaque Pleuritis vera , *inflammatio membrane Pleu-*
re muscularumque intercostalium , quæ costas internè
succingens , tam nitidè à plurimis anatomicis descri-
bitur ,

A 2

4 D I S P U T A T I O M E D I C A

bitur, ut lectores candidos ad eos referam, ne aliorum dicta recitare cogar.

I I I.

Differentiae, quarum varietas atque multitudine me perstringunt, earum praecipuas tantum innumerare, in hisce consistunt, 1. non semper ejusdem gradus magnitudinis neque loci, nam modo plus sursum, modo plus deorsum, modo lateralis, modo versus dorsum vergens, existit; Dein primaria vel symptomatica, nunquam solitaria, semper composita, denique Epidemica, imo secca & humida Pleuritis invenitur.

I V.

Enarratis hisce praemissis, causae in scenam produnt, quae pro varietate sua, varios effectus edunt, & ut plurimum apud multos, varias divisiones atque nomina sortiuntur: verum neque hisce omnibus denudandis inhærebo, sed brevitiati incumbens, amplum hunc campum secco pede præteribo, & praecipuas recensere atque frequentiores explicare aggrediar.

V.

Sunt igitur præ omnibus familiarissimæ, & quidem efficientes Pleuritidem causæ, aër frigidior nec non potus, & omnia humida frigida corpus præternaturaliter afficiens, dein febris, postea inflammations pectorales, sive his alligatis mediantibus, sive ex qualicunque causa ortæ sunt.

V I.

Attamen ut hæc omnia clarius innotescant, modum,

I A N A U M G U R A L I S .

quo effectum talem reddunt , & quidem ex casu haustus
alicujus frigidioris potus in calidiore corpore assumpti , ex-
plicare non inutile fore existimo.

VII.

Potus enim ille frigidus , cum descendit per æsophagum
in ventriculum , sanguinem arteriale magni descendantis
trunci incrassat , nam particulæ , præ subitanea illa con-
strictione vasorum ex frigore , vel potius à minori influxu
materiæ subtilis ortâ , sphæræ suas majores activitatis per-
dunt , & materia prima in iis contenta , sistitur in ordina-
rio suo motu , & per materiam continuo de novo pro-
fluentem propulsa , cogitur exitum sibi querere , unde
partim flectitur , partim particulas aliquas è loco propel-
lens , inordinatas post se relinquit vias , & quoniam influ-
xus continuo iteratur , sequitur ut hæ particulæ , magis
magisque propulsæ , ad se invicem & à se invicem resilien-
tes , legitimam suam mixtionem perdunt , ita ut vinculis
unionis ruptis , salinæ non amplius aquosis , neque acidæ
oleaginosis ritè involvantur , & sic porro , quare alteræ
cuspidoibus membranas pungunt , alteræ acumine sua has
vellicantes , immoderatum influxum spirituum animalium
in illas promovent , qui , convulsivum postquam leviorem
peperit motum , ingens certè calcar est ad spumantem
æquum protinus in furorem propellendum . Verum ne
aberremus à scopo , cum tali constituto sanguine progre-
diemus ad tenuiora usque vascula , & quidem membranæ
pleuræ , & quoniam tunc proportio , quæ debet dari inter
fuccos naturaliter hanc membranam influentes , & ejus va-
sa , læditur , obstructio vel potius inflammatio nostra ge-
nerari solet .

6 DISPUTATIO MEDICA I

VIII.

Febris aliaque inflammations, quomodo hunc affectionem producant, facilissima intellectui apparebunt, ubi præcedentia in animum colligere volumus, idcirco ad symptomata, ex hac data obstructione immediatè oriunda, me conferam.

IX.

Inter hæc, febris continua, punctorius dolor, impedita respiratio, tussis frequens, & aliquando cum excretione variæ sputi comitata, nomine diagnosticorum principem locum merentur.

X.

Consideravimus, quo modo sanguis mediante influxu materiæ subtilis, perturbatam mixtionem iniverit, qui, continuata serie circulationis, ventriculum cordis ingressus, cum reliquo sanguine simul ingresso, fermentationem seu effervescentiam init, ubi materia prima, eodem effectus jam enarratos sortitur, & ita ille sanguis etiam perturbate miscetur, & è ventriculo propulsus, unde reliquo sanguini arteriali communicatur, & ita per continuationem, tota massa perturbatur, qua perturbatio mihi febris dicitur, hæc cum præcedit particularem hanc inflammationem, primaria nuncupatur.

XI.

Sed hæc febris, plus quam dimidia parte duplicari solet, ex inflammatione nostra prius ex hac genita, nam materia peregrina, ex perturbatis particulis hujus inflammatio-

mationis fluens, & in sanguinem indesinenter per substantiam pulmonalem circulantem, irruens, illud genus particularum perturbare consuevit, propterea etiam est, quod hoc genus inflammationis, propter vicinitatem hujus pulmonis, nec non cordis, funesta imo lethalia aliquando producit symptomata, majora sunt hæc omnia ex febri particulari, vel potius inflammatione istius materiae, quæ continuo in minimis ramulis asperæ arteriæ per totam substantiam pulmonalem discurrentibus, reperiiri solet, & ab eadem causa, à qua secunda febris orta sit, originem ducens; nam quamvis datur febris generalis, non datur febris talis particularis vel potius inflammationis, sed data inflammatione membranæ pleuræ, datur talis particularis inflammationis materiae in prædictis ramulis asperæ arteriæ contentæ. Data iterum tali inflammatione particularum in istis ramulis contentarum, datur tertia causa febris iterum generalis, quæ tanta est, ut plurimi ex hac sola necari solent, quod etiam experientia probabis testari non recusabit, nam si sputum illud, quod aliquando ex pulmone ex gurgitant, aspicimus, videbimus pessimi esse odoris, nec non coloris, & maximæ tenacitatis, nam hoc ex pigerrima ut ita dicam vel potius frigidissima materia constans, vix, ratione defectus particularum activarum, ad debitam maturationem perduci potest, hinc hujus suffocatio, & ex hac suffocatione febris iterum (sed verbo veniam) gangrenalis generalis generatur, & hinc ultima linea rerum, mors scilicet.

X I I.

Punctoriis dolor, quia particulae acres, vinculis suis libiores existentes, mucronibus suis membranas lancinant & pungunt, & exinde menti talis idea representantur.

ad INZ.

XIII. Dif.

8 DISPUTATIO MEDICALIS

XIII.

Difficilis respiratio fit, quoniam ex subsistentia particularum, membrana intumuit, hinc brevior, & per consequens costas contrahens, idcirco non ita facile harum dilatationem admittit: adde quod principium diaphragmatis aliquando etiam inflammatur atque extenditur, hinc ejus motus versus inferiora imminuitur, denique magni etiam adjumenti timor patientis dolorem ferentis est, nam dum respirat, ingraveicit dolor, quia ex illa extensione præcipua causa doloris oritur.

XIV.

Tussis frequens, ex acrimonia particularum in prædictis nostris ramulis asperæ arteriæ existentium, originem sumit, unde inordinatus influxus spirituum animalium, & sic levior convulsivus motus in organis inspirationi & exspirationi inservientibus, & aërem expellens sonumque edens, tussis nuncupatur.

XV.

Verum hæc tussis, aliquando phlegmatis variij coloris & odoris, sanguineque tinti excretione, comitantur, quæ, ratione magnitudinis nostræ inflammationis, mille modis variari solet, nam hæc omnis variatio à diversis ejus gradibus maturationis dependet, & hæc iterum ut modo diximus, à minori vel majori inflammatione ortum suum dicit: verum ne hæc omnia majora fiant, & singulis momentis ingravescant, curatio tentanda est.

XVI. In

I N U A U G U R A T I O N S .

X V I X

In curationis institutione hæc consideranda præcipue proveniunt, primo ut tollatur ipsa obstructio, & sanguis in suam priorem mixtionem perducatur, dein ejus gradus magnitudinis, nec non ipsius patientis, omnesque rei cæteræ quæ possunt extare circumstantiae, quarum particula- riores, cautè ex casu à præsenti medico judicaturas relin- quimus, & nos quæ ad Medicamina spectant pergitus.

X V I I .

Ex quibus è gregè cheirurgica primo loco conduit ve- na sectio. E grege vero pharmaceutica præ aliis excellunt nobilissima quæ sanguinem attenuant idcirco sudores mo- vent obstructionsque reserant; quorum usitatoria in hunc effectum sequentia hæc sunt. Radices, contrajerv., fals. parill., chinæ, liquirit, galangæ, imperator., seduar., &c. semina levist., anisi, fæniculi, dauci, cumini, apii &c. herbæ schordii, centaur., philandr., abrotani &c. Folia rutæ, salviae &c. Fructus baccar. juniperi, lauri &c. Salia tam volatilia quam fixa ut sal. volat. C. C. suc- cini, oleos. aromat. &c. sal. fixa ut prunell., absynth., cardb., schordii, ruta, oculor. cancer., corall. rubr., Te- stacea ut obstreorum, conchæ, ovorum &c. Denique composita ut Elixir vitæ, tint. Antifebrilis &c. quæ tam aromaticis quam croco salique volatili scatent, prorsus cætera medico eligere relinquo, nec non ex hisce alli- gatis aliisve convenientibus, pro re nata formulas com- ponere.

B


XVIII. Sed

XVIII.

Sed ubi perquam difficilis est respiratio, dolorque ingens, V. S. iteretur, Cataplasma parti dolenti imponatur, clyster injiciatur, & tandem sit profugum ad opium modica tamen quantitate.

F I N I S.

LIVX



AAN

see LIVX

B

AAN DEN HEER
M I C H I E L
V A N
W E S T R E E N E N ,

*Op zijn E. bevordering tot Doctor in de
Geneeskunde.*



Et Hemelsche geschenk der Artseny , voor
kwaalen ,
Is 't nutste voor de mensch , en zijnes levens
stand ,
Hoewel gevarelyk wanneer zelf de Artsen dwaalen ;
Maar, heden gaat die kunst op een gewisler trant :
Men beuzelt nu niet meer , maar zoekt na 't pit der zaaken ,
Dat moog'lyk *Hippocraat* , noch ooit *Galenus* vond ,
Zo kan een laater eeuw de Aaloudheit spraakloos maaken ,
En leggen van een nieuw gebouw een vaste grond .

Gelukkig die als gy dat spoor lust in te treeden ,
W E S T R E E N E N , die vol jeugd , vernuft , uwe yver , toont
Om tot een ieders heil te zoeken na de reden
Waar 't kwaade dat ons dood , of ons doet kwijnen , woont ;
Getroost kloekmoediglyk dat kweldier te verjaagen .
Al wie uw Heuscheid kent , uw schranderheen en vlijt ,
Moet zulk een groots besluit volkomentlyk behaagen ,
En wenscht , tot heil van elk , u lange levens tijd ,
Verheug u , Geest der Kunst , nooit kan u 't Lot belooven
Een braaver zoon , die k wensch dat ze alle ga te boven .

T. AREND TZ.

Aan

Ex Officina Joh. Jacob. Schmidii
Typographi et Librariae

Aan den zelven.

L E I H I C H I M

Ier zienwe een sneeg vernuft , de
grond der ziekte ontleen ,
En d'Ed'le reden na haar waarde
een plaats bekleen ,
Men hoeft vol kommer nu uit de een of d'and're
hoeken ,
Geen Paracelsus of Galenus op te zoeken ,
WESTREENEN zeyt ons klaar hoe ver de ziek-
te gaat ,
En wijst ons 't middel , dat haar woede tegen
staat .

A. HOOGVELD.

